filius · d(eu)s unus e(st) sp(iritu)s s(an)c(tu)s ; Non tres dii · sed unus ·
d(eu)s ; Tres in uocabulis · unus in deitate substanciae ;
Sed dicit mihi hereticus ; Ergo si unus est omnis in-
carnati · Non ad solu(m) xp(istu)m p(er)tin& caro · Neque ali-
ud est anima · aliud racio ; Et tamen in anima est
racio · & una est anima ; Sed aliud anima agit · a-
liud racio ; Anima uiuit · racio sapit · & ad anima(m) p(er)-
tin& uita · ad racione(m) p(er)tin& sapiencia ; Et tam(en)
nec anima sine racione · nec racio sine anima ;
Et cu(m) unu(m) sint · anima sola suscepit uita(m) · racio so-
la suscepit sapienciam ; Sic & pater & filius ·
cu(m) unu(m) sint · & unus d(eu)s sit ; Ad solu(m) xp(istu)m · per-
tin& caro · sicut ad sola(m) racione(m) p(er)tin& sapien-
cia · sic & non recedat ab anima ; Ecce ceteru(m) ali-
ud in sole calor · splendor · in uno radio sunt in-
luminati ; Aliut suscepit calor · aliud suscepit
splendor ; Et sic & calor & splendor · non inuice(m)
non queunt separari ; Suscepit splendor inlumina-
cione(m) · non feruorem ; Suscepit calor feruore(m) ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_216/0063